

quos Deus elegit præ aliis populis, *Deut. VII, 6. & Deut. X, 15.*
 quos Deus elegit sibi in possessionem *Psal. XXXIII, 12.* quos
 studiosissimè servat, ceu peculium, *Exod. XV, 16. & Exod. XIX,*
5. Deut. VII, 6. & XIV, 2. & XXVI, 18. Psalm. CXXXV, 4. Ma-
lach. III, 17. super quos invocatur nomen Dei, *2. Chron. VII,*
14. qui etiam eodem sensu vocantur populus *πρωτοῖσι.* *Tit.*
II, 14. εἰς πρωτοῖσι. *1. Pet. II, 9.* populus sanctitatis DEI. *Esa.*
LXIII, 18. hereditatis DEI, Deut. IX, 20. & populus pretiosus
in oculis DEI, Esa. XLIII, 4. Synonyma plura coacervata
 vide apud *Ravanellum* p. 322.

§. 3. בָּ) Notabilis est constructio verbi *בָּוֹי*, quod
 cum motum ad locum significat, interdum construitur ab-
 solutè, *Gen. XIX, 23. Et Loth צַעְרָה בָּ venit Zoar, & I.*
Sam. XII, 8. postquam Jacob מִצְרַיִם בָּ venit in Ægyptum.
 Interdum cum particula *אֶל* ut *Judicum III, 20. Et Ebud*
אֶלֶי בָּ Conf. Gen. XXVII, 23. interdum cum particu-
 la *עַל*, ut *Esa. X, 28. עַל-עִירָה בָּ venit ad Ajath*; inter-
 dum cum particula *עַד* v. gr. *Jud. XV, 14. cum veniret*
עַד-לְחַי, interdum cum præfixo *ל*: *I. Reg. X, 14. aurum*
לְשֹׁלֹמֹה בָּ veniebat ad Salomonem: interdum cum præ-
 fixo *ב*, ut *Dan. XI, 40. וּבָא בְּאַרְצוֹר*, & *veniet in terras.*
 Atque hæc ultima constructio reperitur etiam h. l. aliàs cer-
 tè, prout Concordantiarum *Buxtorffianarum* inspectio do-
 cet, rarior.

§. 4. בְּחַבְרֵיךָ) *in cubicula tua.* Versiones Germa-
 nicæ reddunt in singulari, respicientes fortasse ad illud, quod
 una sit piè morientium conditio. *Dietenbergerus* adhibet
 diminutivum, spectans sine dubio ad pias beatè morien-
 tium cogitationes, qui cum vastos in orbe vastissimo pro-
 fanorum hominum tumultus intuentur, exiguum sibi cubi-
 culum optant, ubi à periculo tuti & ab inani labore securi es-
 se